

DISPUTATIO JURIDICA

De

BENEFICIO

CESSIONIS
BONORUM

Quam

Auxiliante supremo Numine

Permissu Magnifici & Amplissimi Jctorum ordinis

Inincht Academia Wittebergensi

SUB PRÆSIDIO RECTORIS MAGNIF.

Viri Consultissimi, Clarissimi, & Excellentissimi

DN. HENNINGI Grossen/

J. U. D. Curia Electoralis, nec non judicii in infe-
riori Lusatia Assessoris, & Sereniss. Vidua Elect. Saxon.

in Lichtenburg Consilarii, Dn. Præceptoris & Promotoris

sui devoto honoris cultu atatem
colendi.

Ventilandam proponit

RABANUS à Cannstein

Nob. Westph.

Habebitur in Auditorio Jctorum ad diem 3. Maii

horis consuetis

WITTEBERGÆ,

Typis JOBI WILHELMI FINCELII

Anno M. DC. XXXVII.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Decorative initial or symbol.

Decorative initial or symbol.

ref
de
riã
di
pit
ne
nis
lic
eff

au
ve
riè
sol
ob
ff.
qu
ff.
Jo
S.
Tr
pa
fo



Σὺν τῷ Θεῷ.

THESIS I.



Um omnis operis perfectio ma-

ximè in ordine consistat, *Bald. in proœ. digestor.* Scire enim, quid facias, & nescire, quo ordine facias imperfectæ est cognitionis, ut ex *Ambros.* refert *Jason ad l. 29. §. 2. ff. d. liber. & posthum. vid. Bod. in tra. de metho. histor. cap. 2. p. 17.* Idcirco & nos (de cessionis materiâ disputaturi) hoc observantes, ne videamur in limine nostræ disputationis impingere, eam hisce sequentibus includimus capitibus, quorum 1. continebit variam usurpationem ac notationem vocabuli cessionis. 2. Erit de causâ efficiente. 3. de personis quibus beneficium cessionis concessum. 4. de iis, quibus non licet bonis cedere. 5. de materiâ. 6. de formâ. 7. de fine. 8. de effectu. 9. de contrariis. 10. de affiniis.

THESIS II.

Et non immeritò hanc nostram disputationem à notatione auspiciamus, (solet enim in omni tractatu prior verborum, potior verò rerum haberi ratio *l. 1. ff. d. reb. cred.*) Verbum cessionis variè in jure usurpatur. Ac 1. denotatur vocabulo cessionis mos solennis alienandi Romanis usitatus, de quo *vid. Cujac. lib. 22. obs. 27.* 2. Sumitur pro rerum incorporalium quasi traditione *l. 11. ff. d. servit. præd. rusticor. vid. Menoch. de retinend. pos. Rem. 3. qu. 35. n. 260.* 3. Dicimur etiam cedere actionibus *l. 27. §. 1. ff. d. minor. de quâ cels. vid. Jacob. d. Aren. rubr. 1. cels. action. Johan. de Grassis, in tr. de cels. action. §. 1.* 4. & foro cedere *l. 33. §. 3. ff. d. usurp. & usucap. it. peculio & usufructu l. 7. §. 1. ff. d. Tribut. actione, quæ & in materia cessionis genuinâ, vid. Mejer. par. 2. coll. Argentor. l. 42. tit. 3. th. 2. celsio est quasi rei concessio, Isidor. l. 6. de Etymolog. Schard. in Lex. jur. de cels. bon. & cedere*

A 2

derg

dere hinc est quasi discedere, ac alterum suo loco reponere, secundum *Hering. de fidejuss. cap. 27. par. 3. n. 5.* & hæc de notatione.

THESIS III.

Succedit definitio (omnis enim qui de aliquâ re suscipitur sermo, à definitione incipere debet, *Bald. in tr. d. carcerib. cap. 1. n. 1.*) ac missis aliorum definitionibus, ut *Azonis in princ. ff. de cess. bon.* cum *Brun. in tr. de cess. honor. qu. 1. princ. n. 2.* definimus, quòd sit beneficium, seu remedium flebile debitori pro carceribus vitandis concessum *l. 1. C. b. t.*

THESIS IV.

Beneficium dicitur *l. 4. C. b. t.* nec injuriâ, cum illius opem à carceribus liberetur debitor inops, flebile verò & miserabile, cum ne interula debitori cedenti relinquenda *Bald. in l. 8. C. b. t.* unde cessio bonorum à *Federico de Senis. cons. 193.* acerba ac terribilis nuncupatur, & Imperator eam invidiosam appellat *l. 5. C. eod. tit. vid. Contium 2. subcis. lect. 18.*

TH. V.

Sequitur causa efficiens hujus beneficii, quæ est Octavianus Augustus Imperator, unde legi Julix in *l. 4. C. b. tit.* ascribitur, vid. *Hottom. illust. qu. 24. § 26.* aliàs non desunt, ut est *Menoch. lib. 2. cent. 2. arbit. caus. 183. n. 7.* qui dicti beneficii autorem ipsum Julium constituunt, sed malè, cum æstimationis tantummodò beneficium ab eo inductum, ut docet *Gyph. d. ord. Judic. lib. 1. c. 27. p. 212.* & quamvis lege Pontix, Sempro. & Popili, veritum erat, ne corpora debitorum ob æs alienum in servitutem redigerentur, tamen ob malitiam creditorum nova requirebatur constitutio, vid. *Bach. alias addent. ration. vol. 2. Diss. 24. tb. 4. lit. B.* vid. *Rosin. lib. 8. Antiq. Rom. c. 19.* post verò Augustum videtur dicta consuetudo contrario usu abrogata, de novo verò confirmata fuisse à Dioclet. & Max. *l. 12. & Authen. Imò à debito C. d. obligat. § Act.* causa impulsiva hujus constitutionis fuit, ut liberarentur à carceribus debitores, de quâ inferius.

TH. VI.

Pervenio jam ad personas, quibus beneficium cessionis est concessum. Datur ergo i. tam mari, quàm foeminx *l. 7. C. b. t.*
& fos-

& foemina quidem jure antiquo incarcerari poterat, si nolebat
cedere, verum cum jure novissimo nefas sit eam carceribus in-
cludere, *Auth. sed hodie. C. d. officio divers. judic. Auth. novo jure.*
C. d. custod. reor. nec opus habebit ad cessionis beneficium re-
fugere. Et quamvis alias mater tutelam suscipiens filiorum
suorum cogatur omni legis beneficio & SCTO Velliano (cui
alias extra judicium renunciare nequit) renunciare, tamen ne
eo casu quidem eam incarcerandam esse judico, cum ipsi com-
petat beneficium competentiae *Barth. ad l. 11. num. 20. ff. de te-
stim. tutel.* accedit, quod pietas & observantia (quae in utroque
Parente aequalis est, *l. 4. ff. d. tutor. furios.*) filiorum erga matrem
tale quid non admittat, *Vasq. lib. 3. illust. controuv. cap. 97. p. 847.*
vid. alias *Brunnum d. cess. bonor. qu. 1. 4ta princ. num. 3. Co-
var. Tom. 2. lib. 2. variar. resol. c. 1. n. 3. Bald. in tr. d. carcerib.
cap. 1. n. 3.* cedere etiam potest mulier turpiter se gerens *Johan.
Baptist. Caccial. qu. 5. de debitor. suspect. & fugit. n. 22. P. Decius
ad legem 2. n. 72. ff. d. reg. ju.*

TH. VII.

2. Cedere potest tam Pater, quam filiusfam. *l. 7. C. b. t.*
Jason in S. fin. instit. d. action. coll. 2. in fin. de patre nemo dubi-
tat, filiusfam. vero cum firmiter obligetur, non minus ac pater-
fam. *l. 39. ff. d. oblig. & Action.* & extra contractum mutui ces-
set Sctum Macedonianum *l. 3. C. eod. t. P. Gilkenius vol. 2. co-
ment. ad cod. d. l. n. 1. p. 288.* Ideo & conveniri potest, & ce-
dendo effugit carcerem, *Joh. quidem de Pariseis cons. 94. col. 7.*
in princ. vers. & ideo, hanc cautelam tradit, ut ad effugiendam
carceris molestiam & per consequens cessionem, bonorum cu-
ret se emancipari. Effectus enim emancipationis est, ut quam-
vis ex contractu inito durante potestate patriam obligetur in soli-
dum, *l. 27. ff. d. judic.* tamen facta emancipatione, ultra quam
facere possit, non conveniatur *cor. Tit. ff. quod cum eo & c.* sed ut
ut haec se habeant cum jure Novellarum sinitatis & emancipatio-
nis differentia penitus sublata sit, *Conan. lib. 2. com. 13.* ideoq;
hujus cautelae hodie exiguus usus, quod innuere etiam videtur
Bach. ad Trent. vol. 1. disp. 24. th. 9. lit. A.

TH. VIII.

3. Cedit tam major, quam minor, minorem cedere posse negat, *Revard. Tom. 1. oper. suor. lib. 1. cap. 17. p. 524.* ex ea ratio, quod administratio bonorum minori denegata, motus l. 1. §. 3. ff. de minor. sed malè præter enim in litem minoris non accipiunt curatores §. 2. instit. de curat. Franc. Hottom. in §. 1. instit. d. t. p. 87. ergo liberè administrant bona, quod attinet d. l. 1. sufficienter ad eam respondet Bach. ad Treut. vol. 2. disp. 8. th. 8. l. A. Adde Hillig. in D. E. l. 3. c. 18. l. E. Non negarem tamen antè Justinianum, ut & antè D. Marc. contrarium observatum fuisse, vid. Dion. l. 52. in vita Octavii Imp. p. 476. verùm Dioclet. contrarium induxisse ex l. 3. C. d. in Integr. restitut. apparet vid. & Brun. qu. 3. quartæ princ. n. 21. & affirmat Job Baptist. in tr. d. debit. suspect. qu. 5. n. 3. minorem incarcerari posse. E. & cedere. Accedit, quod firmiter obligetur l. 101. ff. d. verb. oblig. Bach. misc. quest. cap. 12. p. 122. melius tamen facere creditur, si curaret, ut autoritate judicis hæc cessio fieret, cum quædam alienatio cessio sit, l. 5. §. 9. ff. de bon. eor. qu. sub. tutel. Schneid. in §. fin. n. 24. Instit. d. autoritate tutor.

TH. IX.

Sed quamvis dicta veritati Theoricæ conformia sint, moribus tamen nostris minor. administratio bonorum denegatur, vid. Policen Ordnung Car. V. in com. August. d. anno 1548. §. von Pupillen und Minderjährigen. Gaul. 2. obs. 96. Procedunt autem & hodiè in minore veniam ætatis impetrante, cum eo pro majore in omnibus contractibus habeatur. vid. l. 1. 3. C. cod. t. vid. Bach. ad Treut. vol. 1. disp. 11. th. 13. l. D. Mauriti d. restit. cap. 126. Hering. d. fidejus. c. 7. n. 109. Reinking. d. reg. sec. & Eccl. lib. 1. clas. 3. c. 12. n. 57.

TH. X.

4. Locans operam, & obligans se ad factum aliquod præstandum, nisi fecerit, cum amissione precij promissi, ad persolvendum interesse conveniri potest, l. 38. ff. præscript. verb. Donell. lib. 13. c. 9. si vero bona non sufficiant ad præstandum interesse, (sæpius enim interesse ipsum precium rei excedit, l. 1. in princ. ff. d. act. empt.)

empt.) bonis cedere potest, vid. *Brun. qu. quartæ princ. n. 2.* dissentit *Bart in l. 4. §. 1. ff. 1. n. t.* Locum hæc habent hodiè in servis ac ancillis fugitivis, *l. 1. C. de serv. fugit. vid. Moll. lib. 2. semest. c. 17. p. 177.* quando verò Dominus elegerit industriam personæ, locator, cedere volens non auditur, *v. l. uni. §. 9. C. de Caduc. toll.*

TH. XI.

5. Hæres quoque non conficiens inventarium. Confectione inventarii hæredem, sibi prospicere, ut ultra quàm facere possit, conveniri non possit notum est *ex l. 22. C. d. jur. delib.* si verò omiserit inventarium, cum jura præsumant ipsum dolosè versatum fuisse, creditoribus in solidum obstrictus est, *d. l. 22. §. 14. C. de jur. delib.* vid. *A. Faber in lib. 1. jurispr. princ. 7. memb. 7.* sed hæc præsumptio hæredem à cessionis beneficio non excludit, ut quidem volunt *Iason in §. fin instit. d. act. Bald. const. 382. Brun. qu. 6. quartæ princ. n. 2.* verum refutati à *Bach. ad Treut. vol. 2. diff. 74. th. 4. lit. C.* Sanè de jure Canonico non opus habet cessionis beneficio, cum hæres etiam non conficiens inventarium ultrà vires hæreditarias non teneatur *Schulz. in Synop. Instit. d. hæred. qual. & diff. lit. E. p. 180.* ut & de jure Saxonico, quo in locum deficientis inventarii juramentum successit, *Zobel. part. 2. diff. 56. n. 1. p. 421. Cöler. d. process. execut. part. 2. c. 3. n. 399.* vid. aliàs *Bald. in l. 8. C. n. t.*

TH. XII.

6. Porro etiam excommunicatus. Excommunicatio n. gladius est Ecclesiæ *Meichsn. tom. 2. decis. Camer. lib. 2. n. 142.* nec ea jurisdictionis politica aboletur *l. 8. C. de S. S. Eccl.* Unde excommunicatus citari potest realiter, in judicio conveniri, & incarcerari, *Gail. lib. 2. d. P. P. c. 12. n. 22. Hillig. in D. E. lib. 17. c. 5. l. D. ergo & cedere poterit, probatur hæc assertio à Covar. ad cap. Peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. relect. n. 8. p. 225.* ubi addit, debitorem creditori excommunicato exceptionem excommunicationis opponere non posse, & cum aliàs comparentur excommunicati Bannitis, *Gail. l. 1. d. P. P. c. 1. n. 26.* ideò de dictis minus dubitandū, Banniti enim ad cessionem admittuntur *Brun. qu. 15. quartæ princ. vid. Farinac. in princ. Crimin. lib. 1. tit. 3. qu. 19. n. 38.* ob stare videtur

detur cap. intelleximus extr. de judic. resp. Covar. lib. 1. variar. resol. c. 18. n. 5.

TH. XIII.

7. Necnon Usurarius. Notum est jure divino ac naturali usuras prohibitas esse, non tamen simpliciter vid. Covar. lib. 3. variar. resol. c. 1. n. 5. Carol. Molin. de usur. n. 530. jure vero Novissimo civili. certas usuras licitas esse patet ex l. 3. C. de usur. & quinquagesimas constitutione imperii concessæ sunt, Polices Ordnung zu Franckf. d. anno 1577. tit. 17. von Wucherlichen contract. Cöler. de Process. execut. lib. 1. c. 10. n. 40. ultra verò determinatum modum si extorsum aliquid fuerit, vel in sortem computandum, l. 102. §. 3. ff. d. solut. vel restituendum cap. consuluit de usuris Panorm. in cap. cum sit n. 8. extra. de foro competenti, Covar. d. cap. peccatum part. 2. n. 3. p. 226. Posteriori casu an usurarius cedere possit quæritur; Et quamvis nonnullis negativa arrideat, quos refert Brun. qu. 18. quart. princ. n. 4. tamen affirmativa verior, restitutio enim illa revera pro poena haberi nequit, cum solummodò injusti lucris sit extorsio Bach. ad Treut. vol. 2. disp. 3. tb. 5. lit. C. Cyn. in d. c. peccatum.

TH. XIV.

8. Et ultimò, Negans debitum. Hic enim cum non neget causam beneficii minimè eò privandus argument. l. 63. §. 7. ff. solut. matrim. Et hanc opinionem defendunt Fachin. 13. controv. 69. Harprecht. ad S. fin. n. 18. Instit. d. action. Hillig. in D. E. lib. 27. cap. 9. lit. E. E. Ex ea ratione quod etiam post sententiam judicatum debitor cedere possit l. 1. C. n. t. negationem verò à part. Rei. præcedere sententiam const. ex l. 43. ff. d. reg. jur. ibique P. Dec. lit. B. & hætenus expositum, quibus ad cessionis beneficium pateat aditus, exponendæ nunc restant personæ, quibus non competit dictum beneficium.

TH. XV.

Personæ, quæ non utuntur hoc flebili beneficio in duplici sunt consideratione, nonnullæ enim planè non opus habent, cum alio juris remedio tuti sint, nonnullæ verò ne volentes quidem admittuntur, de singulis paucis agendum, & earum quidem, quæ invitæ non coguntur cedere bonis, sunt i. ii omnes, quibus beneficium competentis tributum, ut est,

TH. XVI.

TH. XVI.

1. Ecclesia, habet enim illa beneficium, ne conveniatur ultra quam facere potest, *P. Greg. l. 22. Syntag. jur. c. 9. n. 8.* ex Novella tamen 3. in princ. patet, antè Justinianum consuetudinis fuisse Ecclesiam ad cessionem cogere, quod tamen abrogatum esse ex seq. evincitur. Nunquam ergò cessionis beneficium Ecclesie necessarium erit. *Panormit. in cap. odoard. extr. de solut. n. 8.*

TH. XVII.

2. Clericus, hic enim ex cap. Odoardus extr. de solut. tantum in id quod facere potest condemnandus, præstitâ cautione, si ad pinguiorem pervenisset fortunam, se soluturum reliqua creditoribus. *Diss. Duarenus & gloss. in d. cap. qui inde contrarium monstrare conantur.* Et futura esset aliàs iniquior conditio militantis Deo, quam militantis Principi, *Faber in suo Cod. lib. 7. tit. 20. de fin. 41. p. 874.* In minoribus ordinibus dicta limitantur à *Felin. in cap. cum ex officio de præscript. col. 1. Covar. variar. resol. lib. 2. c. 1. n. 9.*

TH. XVIII.

3. Scholares, Nomine enim Clericorum studiosi veniunt *Matth. Steph. lib. 3. de jurisd. par. 2. c. 1. n. 4.* ac ratio in utroque par, ideoque meritò etiam iis beneficium competentie tribuimus cum *Hillig. in D. E. lib. 27. c. 9. l. N. Abb. in cap. cum non ab homine extr. de judic. de consuetudine tamen contrarium observari autor est Coler. de process. execut. lib. 1. c. 2. n. 127.*

TH. XIX.

4. Miles, qui ad cessionem cogi nequit, ob debitum intuitu militie contractum V. G. ad arma comparanda *l. 6. l. 18. ff. de re judic. Brun. qu. 11. quart. princ. n. 3.* ii verò milites tantum qui vel pro patriâ vel Repub. arma gerunt hoc beneficio gaudent, secundum *Salic. in l. 1. ff. de jur. & fact. ignorant.* non autem juvatur eo miles litis causâ militiam suscipiens *l. 1. §. 1. C. qui milit. ar. pos. Bart. in l. 1. §. 1. ff. si quis testam. lib. jusj.* Nec eo utuntur veterani argumento *§. 3. instit. milit. ar. testam. ibiq. Minsing. vid. Wesenb. in par. ff. de veter. n. 2.* cedere tamen possunt.

TH. XX.

5. Doctores, his beneficium competentie tribuendum præ-

B ter

XVI,



ter alios svadet, *Everb. in Top. loc. à milit. Armata ad milit. caelest.*
n. 2. p. 354. dicuntur enim & hi militare, idque confirmat *l. 6. C.*
de profess. eandem n. laudem meretur fortitudo foro atq; castris
edita, *Val. Max. C. de fort.* Ad cessionē tamen cogi potest Doctor,
qui nomine tantum talis est, *Roman. in sing. 814.* uti etiā studiosi nō
videntes more studiosorum, privilegiis enim carent concessis,
Cöler. in process. execut. part. 2. C. 3. n. 149. Advocatis ac causa-
rum Patronis non immeritō d. benefic. tribuimus, qui non mi-
nus provident generi humano, quā si praeliis ac vulneribus pa-
triam defenderent *l. 14. C. de Advoc. divers. jud. vid. Ripam. lib. 2.*
resp. c. 20. n. 9. Roder. Suaretz in l. 2. foro legum lib. 3. tit. de cess.
konor. §. Quando queritur n. 12.

TH. XXI.

6. Nobiles, cum hi milites sint, ideoque privilegia militaria
ad eos extendimus, vid. *Gail. 2. obs. 127. n. 9.* & nobilis ultra quā
facere potest, non est excutiendus *Cöler. de process. execut. lib. 1.*
c. 6. n. 146. ideoque petere potest, ut honesta ipsi decernantur a-
limenta, *M. Wesenbec. part. 1. conf. 50. n. 19. p. 1255.* accedit, quod
nobilis incarcerari nequeat, *Tiraq. de nobil. c. 20. n. 30. 31. v. Co-*
var. resol. c. 1. l. 4. Johan. Baptist. Cacial. tr. de debit. suspect. qu. 5.
n. 14. p. 374. Cæterum quod de scholaribus supra th. 19. ex Co-
lero adduximus, idem & de personis modō enumeratis verum
esse testatur experientia.

TH. XXII.

7. Maritus conventus ab uxore, beneficium habet compe-
tentia, non solum si ad dotem restituendam contra eum agatur
sed & si ex aliis causis *l. 20. ff. de re jud. v. Agent. resp. 8. n. 7.* tri-
buimus quoque è contrario hoc beneficium uxori *d. l. 20. ff. d. 2. 1.*
v. p. Barb. ad l. 13. ff. solut. matrim. n. 53. Diss. Cujac. 24. obs. 38.
Non verò marito putativo arg. *l. 42. §. 1. ff. solut. matrim. Fachin.*
l. 10. controv. 30. Patri vero mariti conceditur d. benefic. de quo
non ambigitur. Utrum vero patri uxoris, disceptatur ex *l. 17. ff.*
solut. matrim. §. l. 21. ff. d. 2. 1. Distingunt communiter inter ma-
trimonium constans & dissolutum, nostri non est instituti
latius;

latius hæc persequi, adiri possunt *Brun. qu. 22. quart. princ. Menoch. cons. 22. lib. 1. n. 6. Zasius lib. 1. singulor. intellect. c. 5. n. 3. P. Barb. in d. l. 13. n. 59. & seq. A Faber lib. 2. conject. 14. p. 75. Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 24. tb. 4. l. ff.*

TH. XXIII.

Dantur tamen casus, in quibus maritus beneficio competentiae uti nequit, quibus casibus vel ad cessionem admittitur, vel non. Ad cessionem admittitur, 1. Si non vult beneficio competentiae uti, sed sponte cessionis beneficium arripit, *arg. §. 5. instit. Quod cum eo l. 9. ff. d. condict. indeb. P. Barb. in d. l. 13. n. 4. Diss. Faber in §. fin. n. 9. instit. de action. d. renunc. v. Barb. d. l. n. 28. ad Brun. qu. 20. quart. princ. n. 22.* 2. Conventus ex contractu post dissolutum matrimonium inito, *l. 35. in princ. ff. de neg. gest. v. Coras. in l. 1. ff. solut. matrim. lect. 2. n. 2. Bart. in l. 12. ff. eodem v. Cujac. lib. 24. obs. 38.* 3. Maritus durante matrimonio ad inopiam vergens, cogitur restituere totum *v. l. 29. C. de jure dotiū, ibiq. glossam communiter approbatam, test. Barb. d. l. n. 32.* 4. Ubi promisit se extraneo alicui v. g. centum nummos qui ipsi in dotem dati fuerunt, restitutum *l. 41. ff. d. 2. 1. atque ita legem alleg. cum l. 32. ff. sol. matr. conciliat Bart. l. 19. ff. de novat. v. Fabr. lib. 2. conject. 13.* 5. Si artificium aliquod calleat *arg. legis 5. §. 7. ff. de pecul. hoc quidem casu de dote nihil detrahere potest bonis, tamen cedere non prohibetur, ut tenet Fab. in §. 37. n. 1. institut. d. action. Socin. lib. 4. cons. 30. n. 14. Barb. in d. l. n. 9. v. Jason. in §. fin. n. 2. instit. de action. Brun. qu. 20. quart. princ. n. 26. 28. & 30.* At in his enumeratis casibus ad cessionem admittitur.

TH. XXIV.

Non verò admittitur hisce seq. casibus 1. Ubi ex delicto convenitur *l. 22. d. 2. 1.* 2. Quando in fraudem bona alienavit *l. 21. ff. d. tit. l. 28. §. 1. ff. d. tit. l. 28. §. 1. ff. solut. matrim. ibique Bart.* 3. Si maritus negaverit matrimonium contractum, & contrarium evictum fuerit, *arg. l. 22. §. 2. ff. d. c. 1.* 4. Cum uxor juvaverit decem dotis sibi deberi, tota ea summa præstanda, si verò juraverit, se decem dedisse in dotem, alimenta à Marito detrahi possunt, *l. 30. §. 2. ff. de jurejurand. Socin. reg. 257. n. 7. v. aliter disting.*

Immol. in l. 20. ff. d. R. J. colum. 1. in. fin. Barb. in d. l. n. 39. 5. Si culpâ mariti matrimonium solutum cap. 1. extr. de donat. inter virum & uxorem. vid. Covar. l. 4. decret. cap. 6. part. 2. reliet. §. 8. n. 26. Barb. d. l. nym. 43. Schneid in §. si de dote n. 3. instit. de action.
T H. XXV.

8. Socius quoque habet beneficium competentiae, nec refert, an omnium bonorum, an unius certae rei socii sint *l. 16. ff. d. R. J. l. 36. pro soc. v. Coras. in §. 38. instit. de action. n. 2. Marcard. Freher. lib. 1. parerg. 5. amittit v. d. benefic. cum beneficio cessionis 1. Si ex dolo commissio in societate contra eum agatur, 2. Si negaverit societatem contractam, l. 22. §. 2. ff. d. R. I. Jason. in l. 5. ff. de reb. cred. coll. 11. 3. Si pacto societatis iuramentum accesserit, secundum Brun. qu. 24. quart. princ. n. 2.*

T H. XXVI.

9. Fratribus hoc benefic. competere, & rationi *leg. 68. ff. pro soc. convenit, & aequitas (ex qua extensionem fieri posse statuit. Ant. Thes. decis. 119. n. 3.)* svadet, quamvis non negari possit, expressam de ea re non exstare legem, quâ ratione movetur contrarium asserere *C. Beat. in tr. de deb. inop. c. 17. n. 80. Et cum eo Schneid. & Heig. in §. 38. instit. de action. n. 6. v. Wesenb. in §. 35. dict. tit. Minsing. ad §. 38. eodem n. 6. Hænon. disp. 21. ad instit. thr. ult. lit. C. Hering. de fidejuss. c. 27. part. 4. n. 89.*

T H. XXVII.

10. Ultimò Donatori dict. benefic. in *leg. 19. §. 1. ff. d. R. J. tribuitur & leg. 50. ff. eod. Nisi fundum donatum occupans ad restituendum condemnatus fuerit l. 41. §. 1. ff. d. tit. salvum tamen habet cessionis beneficium v. Brun. qu. 27. quart. princ. n. 3. Præter enumeratas personas (quas beneficio competentiae gaudere monstratum est) & aliae sunt quæ pari ratione ad cessionem bonor. non coguntur & ex iis.*

T H. XXVIII.

1. Servus. Is enim cum obligari non possit *l. 14. & 30. ff. de oblig. & action. E. nec conveniri cum mater actionum obligatio sit l. 42. §. 2. ff. de procurat. v. Cujac. lib. 8. observ. 11. de servis quod dictum, ad Monachos extendunt Doctores Jason. in §. 8. n. 20. in-*
ffit.

fit. de action. Brun. de cess. bonor. qu. 4. quart. prin. n. 6. Schneid.
in S. filiusfam. n. 7. instit. quomodo patr. potest. sol. Hillig. in D. E.
lib. 6. c. 1. l. C.

TH. XXIX.

2. Pupillus. Hic enim nec incarcerari nec realiter ci-
tari potest, l. 22. ff. de in jus voc. Bald. in tr. de carcerib. causa 1.
n. 4. v. Gail. 2. observ. 107. it. lib. 1. obs. 48. n. 6. Minsing. 2. obs. 3.
Bach ad Tr. vol. 1. disp. 4. th. 7. lit. B.

TH. XXX.

3. Judex malè judicando litem suam faciens. Judicis
sententia libello & actis conformis esse debet, l. 18. ff. com. divid.
Guid. Papan. in proem. decis. in fin. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vend.
part. 3. c. 3. n. 12. Martin. del Rio in lege contractus ff. de reg. jur.
c. 18. Hæc non observans litem suam facit, S. 1. instit. de oblig.
ex q. delict. & vel 1. Ex impertitiâ peccat ac arbitraria in eum lo-
cum habet pœna, l. 6. ff. de extraord. cognit. ultra tamen quàm
facere potest, judicem hoc casu non condemnandum esse arbi-
tratur Menoch. lib. 2. cent. 2. arbitr. caus. 139. n. 1. vel 2. Ex dolo,
& tenetur in solidum, nec integrum ipsi est cedere, l. 15. S. 4. ff. de
judic. Jul. Clar. lib. 5. sent. qu. 38. S. fin. vel denique 3. In pro-
cessu criminali erravit, & nec tunc ad cessionem admittitur vid.
Bart. in l. 1. ff. de cust. reor. Menoch. arbitr. caus. 140. Gail. 1. obs. 28.
n. 7. Carpz. in pract. crimin. part. 3. qu. 127.

TH. XXXI.

Ultimò Brun. qu. 12. quart. princ. statuit, eum qui se ad ali-
quam rem v. g. Stichum tradendum obligavit & res sine ipsius
culpa periit non opus habere cessionis beneficio, quod firmatur
l. 137. S. 4. ff. de verb. oblig. ibiq. Bart. tacita enim subesse videtur
conditio si poterò ut loquitur Senec. 4. de benefic. 39. v. Montzium
in tr. de stipul. c. 2. n. 6. p. 284. Pervenio jam ad eos qui ne volen-
tes quidem ad cessionem admittuntur, ex horum numero sunt:

TH. XXXII.

II. Mercatores falliti, qui Banque ruptores à Bart. in l. 15. ff. de
reb. cred. coll. 6. n. 93. dicuntur, si nempè suâ culpâ bona amiserint,
vel commensationibus, vel ludo, vel aliis modis, judicis n. arbitrio:

B 3

relin-

relinquitur cognoscere, quinam mercatores dolosi sint, *P. Greg. lib. 22. syntagm. jur. cap. 9. n. 13. Göddeus in l. 125. n. 6. p. 877.* eos enim non immeritò indignos censemus hoc beneficio, cum Reip. interfit dolosos hos (quibus aliàs jura non suffragantur *l. 1. ff. de dol.*) carceribus includere, v. *Policey Ord. zu Franckf. anno 1577. tit. 23. Minsing. ad §. fin. instit. de action. n. 18.* Quando verò ludibrio magis fortunæ, quam sua culpa bonis exuti sunt, commiseratione digni, & admittendi sunt, arg. *Novel. 135. v. Contr. Ritterb. ad Nov. lib. 9. c. 30. n. 2. Mejer. vol. 2. coll. argen- tor. lib. 42. tit. 1. th. 102.* ita ut statutum in contrarium non va- leat, *Strach. in tr. de decoct. part. 4. n. 3. in prin. v. aliàs Heig part. 1. q. 35. n. 49. Cothman. lib. 1. resp. 19.*

XXXIII.

2. Subditi, circa quos videtur distinguendum, aut enim privatus convenitur à fisco ex contractu cum eo inito, & cedere poterit, arg. *§. 8. instit. de societ. ibiq; Minsing. n. 5. Motz. in tr. de societ. cap. penult. n. 6. p. 574. Diff. com. Doctor. v. Jason. in §. fin. instit. de action. n. 14.* aut subdito munera publica imposita, nec cedendo bonis effugit, *l. 5. C. n. tit. l. 17. C. de rescind. vend. l. 16. ff. de muner. Hering. de fidejuss. cap. 5. n. 230.* aut denique ex causâ tributorum contra eum agitur, & non necessarium videtur cessionis beneficium, si enim Magistratus officio velit fungi, habi- tà ratione bonorum, collectas imponere debet. *A. zu Speyer de anno 1542. §. vnd nach dem dergleichen vngleichheiten.* quas si nolit subditus solvere, sub liberali custodiâ detinendus, si perti- nax permaneat, bona ipsius distrahantur, *l. 2. C. de exact. tribut. Brun. qu. 9. quart. princ. n. 3. Bach. d. disp. 24. th. 4. lit. C. Diff. Ja- son in §. ult. instit. d. action. coll. 3.*

TH. XXXIV.

3. Is qui moratorias impetravit literas, elapso spatio in literis concesso, beneficium cessionis non habet, arg. *l. fin. C. n. tit. v. P. Greg. lib. 22. c. 7. n. 4.* nec rescriptum Principis in quo post moratoriam dilationem cessionem concedit, valere arbitra- mur, contr. *Brun. qu. 27. quart. princ. n. 3.* rescripta enim Princi- pum, quæ vel juri scripto contrariantur, vel quibus jus tertii læ- ditur

ditur, ipso jure nulla sunt, l. 2. C. de divers. rescript. princip. Abb. in
cap. litem de restit. spoliat. Gail 2. obs. 70. v. Anton. Fab. in Cod.
Rer. Sabaud. lib. 1. tit. 9. defn. 17.

TH. XXXV.

4. Condemnatus in iudicio poenali ad poenam pecunia-
riam, si non habet in aere, luat in corpore, l. 6. in fin. ff. de sepulc.
viol. l. 1. §. 3. ff. de poen. l. 4. C. de serv. fugit. Faber in suo Cod. lib. 4.
tit. 24. defn. 16. quod in iis iudiciis valet, ubi de poenâ Fisco ap-
plicanda agitur, quo casu etiam invito actore corpore cogitur
luere, Covar. lib. 2. var. resol. c. 1. n. 6. A. Thes. decis. 182. p. 457.
Bach. d. disp. 24. th. 4. lit. R. vid. tamen l. 6. §. 9. ff. de off. pres.
in cæteris v. iudiciis poenalibus, in quibus actor suum solummo-
dò interesse prosequitur, cedere poterit reus, etiam alterâ parte
invitâ Boërius decis. 349. n. 8. nisi dolus rei argui possit, l. 24. §. 3.
ff. de minor. Veronensis cons. 9. Ex L. Aquilia conventus cedere
potest, cum ad interesse agat actor, secundum Abb. in cap. Odoard.
extr. de solut. Hanon. disp. 21. ad instit. th. ult. lit. D. Harpr. ad §.
fin. instit. de action. n. 7. circa actionem injuriarum dubitat, Fa-
ber, Jason, in §. fin. instit. de action. n. 53. Minsing. in d. §. n. 13.
Statuunt quoq; Domini de Rota decis. 554. test. Jacob. Putao
lib. 1. decis. 251. n. 1. condemnatum ad retendos fructus rei sur-
repta, bonis cedere posse.

TH. XXXVI.

5. Si creditor pauperior sit debitore, cedere nequit de-
bitor Paul. de Castr. in l. 48. aliàs 49. ff. de pact. Nullâ quidem lege
certâ hoc cautum, tamen non contemnendæ rationes hoc sua-
dent, cum enim in pari causa sint, debitor & creditor, potior ra-
tio habenda est damnum evitantis quàm lucrum quærentis l. 42.
§. 1. ff. de R. I. ibiq; Dec. n. 2. v. l. 6. C. de servitut. ac omnes ii qui-
bus beneficium competentia concessum eo uti nequeunt, si ad-
versa pars in pari versetur egestate Barb. ad l. 13. ff. solut. matrim.
n. 69. Hartm. Hartm. tit. 18. obs. 2. n. 22. Covar. in caput possessor de
reg. jur. part. 2. relection. §. 2. n. 4. in fin. nec hoc caret effectu, ce-
dens enim habet beneficium competentia, non cedens verò ob-
strictus in solidum, Mejer. aliàs disp. vol. 2. coll. argentor. lib. 42.
tit. 3. th. 7.

TH. 37.



TH. XXXVII.

6. Is qui dolosè abuti vult, meritò carere debet hoc beneficio, dolosis enim jura non opitulantur, *l. 1. ff. de dol.* quod jura in omnibus beneficiis observare solent, *l. 30. SCto Velliano* vid. *Gilken, part. 2. comment. ad Cod. in l. 1. n. 1. d. SCto Macedon.* Et cum lata culpa dolo æquiparetur, *M. Del Rio in l. 23. de reg. jur. c. 1.* ideoq; & is qui ex latâ culpâ erravit, eo privatur, *Paris, lib. 1. conf. 94. n. 60. Barb. ad l. 15. § Eleganter ff. solut. matrim. n. 55.*

TH. XXXVIII.

Ita debitorem in fraudem creditorum bona sua in potentio-riorem vel rixosum alienantem, lex indignum judicat, vid. *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. ibiq; Bart. & Debitum sub spe cessionis bonorum contrahentem secundum Jason. in §. fin. instit. de action. coll. penult.* Nec non scientem tempore contractus se solvendo non esse, *l. 84. in fin. de jure dotium. Bart. in l. 14. §. 1. ff. solut. matrim. Minsing. ad d. §. fin. n. 15, Brun. qu. 31. n. 3.* Nisi debitor speraverit se ope hujus pecuniæ ad meliorem perventurum fortunam, *secundum Bach. d. disp. 24. tb. 4. lit. k.* Atque hæ sunt personæ quibus vel datum, vel non necessarium, vel denegarum cessionis beneficium est. Digredimur nunc ad materiam.

TH. XXXIX.

Materia. Sunt omnes res ac bona debitoris, Antequam enim cedat, omnia indicare bona cogitur etiam in judicio, *l. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccl. Gometz lib. 2. variar. resol. 11. n. 65.* & si dolo malo nonnulla inindicata reliquerit, amittit beneficiû, *Gyphan. d. ord. judic. lib. 1. c. 27. p. 217.* allegans verò paupertatem probare debet, vel testibus, vel etiam mediante juramento, arg. *l. 22. §. 10. C. d. jur. delib. Coler. in processu execut. lib. 1. c. 10. n. 386.* Non enim vel paupertas, vel divitiæ præsumuntur, cum mera sint accidentia, arg. *§. 6. Inst. d. Excus. tutor. Jason in lib. 5. §. 1. n. 15. § 16. ff. qui satisd. cogantur, v. Panormitan. in cap. Odoardus extr. de solution.*

TH. XL.

Ac de Allodialibus & Nominibus debitoris cedendis nemini dubium est, Quia verò emptio & venditio Emphyteuseos solum;

solummodò in l. 3. C. de jure Emphit. prohibetur, vid. Jason, in d. l. 3. col. 14. & Sickingh. Forner. lib. 2. select. cap. ult. p. 267. A. Faber. lib. 14. conj. 13. unde licitè Emphiteusis oppignoratur, l. 31. ff. d. pignor. Donell. lib. 9. comm. 14. igitur nec dubitandum est, in cessione aliorum bonorum & Emphiteusin venire, Meij. in Coll. argent. lib. 42. tit. 3. th. 8. nisi in non idoneum fieret ea cessione, secundum ea, quæ habet Möller. lib. 2. semestr. 13. p. 160. Et si fuerit Emphiteusis Ecclesiastica, Clarus in lib. 4. sentent. §. Emphiteusis. qu. 28. n. 7. Rittersh. ad Novell. par. 1. c. 8. n. 56.

TH. XLI.

Cumq; Feudi omnis prohibita sit alienatio sine consensu Domini & agnatorum facta, v. Sickingh. in l. 3. C. d. Coll. Ideoq; fructus tantum cedendi sunt, Andr. de Ifern. in cap. quid ergò. n. 6. si Investitur. in re alien. fact. fuerit. ibiq; Alvarott. n. 3. Schrad. de feud. part. 9. c. 10. n. 4. vid. l. 40. ff. de re judicat. l. 4. C. de excep. rei judic. Nec refert, an feuda fuerint regalia, an non, ut vult Wesenb. cons. 50. par. 1. col. 2. n. 14. quæ cessione eò usq; durat, donec ex fructibus creditori satisfactum fuerit, Auth. & qui Cod. de bon. Auct. Jud. poss. Matth. d. Afflict. in cap. si clientulus. n. 12. d. alien. feud. & si feudum redierit ad Dominum, vel agnatos, extinguitur, Gail. 1. obs. 117. n. 3. nisi feudum fuerit hæreditarium, vel consensus Domini & agnatorum contractui accesserit, quo etiam casu ipsum feudum cedendum, Hartm. Pistor. in lib. 1. qu. 15. n. 12. 25. & 71. vid. Rosenth. in synop. jur. feud. c. 8. concl. 5. n. 8. it. c. 9. concl. 16. per tot. vid. Gothofred. Anton. disp. 9. feud. th. 5. lit. H. vid. Joban. de Immol. in l. 19. n. 1. ff. d. damn. Insect. Coler. d. process. p. 2. c. 3. n. 269.

TH. XLII.

Quæ de rebus feudalibus diximus, locum habent in omnibus bonis, quorum alienatio vetita est, illorum enim fructus cedendi, unde & fructus è fundo Dotali collecti (cum illorum Dominus sit maritus, Barb. in l. 6. n. 3. & 5. & in l. 8. §. fin. n. 44. ff. solut. matrim.) cedi possunt & debent, vid. Coler. de process. part. 2. c. 3. n. 247.

C

TH. XLIII.



TH. XLIII.

In cessionem bonorum venit etiam usufructus, non quidem ipse, sed percipiendorum fructuum facultas, *Hottom. in §. 1. instit. de ll. & H.* Ea enim facultas & cedi & vendi potest, *l. 12. §. 2. ff. de usufr.* ac oppignorari, *l. 72. ff. de reg. jur.* ibiq; *P. Wesenb. n. 3.* extincto verò usufructuario, & jus creditoris in usufr. extinguitur, *Donell. l. 10. comm. 17. Hillig. lit. I.*

TH. XLIV.

Item, ea quæ in fraudem creditorum alienata revocantur, vid. *Zelf. Burg. in lib. 5. de dol. c. 8. n. 12. Ludov. Mayn. lib. 2. act. c. 12.* eumq; alleg. *Vultej. in §. 6. instit. de action. n. 52. A. Faber lib. 20. conj. 15. p. 139. Wesenb. in ꝑ. ff. qu. in fraud. cred. n. 10.*

TH. XLV.

Porro in cessione filiifam. non solum Peculia Castrensia, vel qs. (in iis enim pro patre habetur, ac liberè disponit, *§. ult. instit. d. mil. testam. l. ult. C. de inoff. testam. l. 7. §. ult. C. de donat.*) cedenda, sed etiam Adventitia, ut tenent *Bart. Salicet. & Paul. de Cast. in l. penult. c. n. tit. it. Johan. de Paris. cons. 94. col. 7. in princ. vers. Et ideò.* Non verò profectitia Peculia, hæc enim ipsius patris sunt, *l. 1. §. 15. ff. de collat. Gilken. ad Cod. d. collat. n. 5.* Peculiotenus tamen pater conveniri potest, vid. *Jason. in l. 12. c. d. transact. A. Fab. decad. 43. err. Bach. in tr. d. act. disp. 8. coroll. 2.* Non solum autem bonis cedunt, qui aliqua habeant, sed etiam si nihil penitus habeant, cum enim acquirere possint, ratione spei ad cessionem admittuntur, *Brun. qu. 4. prin. num. 3. P. Greg. lib. 22. syntag. jur. c. 9. n. 2.*

TH. XLVI.

Facta cessione bonorum nihil relinquitur debitori, ne quidem necessaria alimenta, *Donell. ad §. fin. n. 6. instit. de act. p. 45 l.* certis enim solummodo personis beneficium competentia tributum, quo beneficio demum post cessionem debitor conventus uti potest, *l. 6. C. n. tit.* ac hanc sententiam amplectuntur, *Brun. qu. 3. princ. n. 9. Gometz variar. resol. 11. lib. 2. n. 65. Jason. & Faber. in §. fin. instit. de act. eosq; adducens Bach. ad Tr. d. disp. 24. tb. 4. lit. D. Hillig. in D. E. lib. 27. c. 9. lit. B. quod & de jur. canon. valet,*

valet, Barb. in d. l. 13. n. 4. ff. solut. matrim. vid. Panormit. in
d. c. Odonardus.

TH. XLVII.

Sunt tamen nonnulla, quæ relinquuntur cedenti,
1. Vestes & pannicularia, cum etiam ea ad mortem conde-
mnatis relinquuntur, l. 6. ff. de bon. damn. Wesenb. π. eod.
tit. num. 4. vid. Panormit. in d. c. Odoardus &c. 2. instru-
menta, quibus panem comparare soliti fuerunt debitores, Covar.
variar. resol. lib. 2. cap. 1. n. 5. 3. Studiosis libri, ad eorum enim
distractionem cogi nequeunt, Rebuff. in Privil. Schol. 112. Negu-
sant. in tr. de pign. part. 2. memb. 4. n. 145. 4. Militibus arma,
vid. Peckium de jur. sistend. c. 45. n. 9. Mej. lib. 42. coll. argent. tit. 3.
th. 9. iis tamen zona solvitur, cum milites in usu habuerint, in
zonis aurum & argentum gerere, P. Greg. lib. 22. c. 8. n. 4. & hæc
de materiâ sufficiant, aggredimur formam & requisita.

TH. XLVIII.

Forma & requisita in cessione bonorum triplicia sunt, vel
enim antecedunt, vel concomitantur, vel sequuntur cessionem.
Ex antecedentibus est: 1. Molestatio creditorum, subsidiarium
enim hoc beneficium & aliis beneficiis deficientibus ad hoc li-
cet recurrere, Boërius decis. 49. vid. & Bach. ad Tr. d. disp. 24. th. 4.
lit. C. Brun. qu. 7. quart. princ.

TH. XLIX.

2. Debiti agnitio, l. 8. ff. n. rit. ibiq. Bart. A curs. quidem
lectionem habet negativam, verum cum nefas sit in dubio à le-
ctione Florentinâ recedere, Bart. in l. 3. n. 4. C. de condit. ob caus.
dat. Gödd. ad Rubr. ff. de verb. signif. n. 26. ideoq; rejectâ A cursii
lectione Florentinam retinemus.

TH. L.

3. Citatio creditorum, quæ & si non de substantia ces-
sionis bonorum sit, Covar. lib. 2. variar. resol. c. 1. n. 5. extra enim
iudicium fieri quoque cessio potest, vid. Schrad. de feud. part. 10.
sect. 9. n. 198. Melius tamen fortasse faciat, si omnes curet ci-
tari, cessio enim facta non præjudicat creditoribus cæteris non
citatis, quò minus contra debitorem agere possint, Aret. in S. fin.

instit. de act. col. 3. in fin. v. Guidon. Pappi. conf. 124. col. fin. aliàs non ambigitur, creditores, quorum petitis. incarceratus debitor fuit, citandos esse, Brun. qu. 9. prin. qualiter verò hæc citatio fieri debeat, vid. Gail. 1. obs. 55. Cbil. König in proces. judic. part. 2. c. 8. n. 1.

TH. LI.

4. Excussio bonorum & fidejussorum, de bonis vid. *cap. Odoard. extr. de solut. Felin. in cap. Quod ad consultationem. extra de sentent. col. 7. n. 17.* unde rectè concludit *Brun. qu. 16. quart. princ. n. 2.* divitem cedere non posse, vid. *Coras. ad §. 6. n. 7. instit. de act.* fidejussores quod attinet, constat perpetuò creditores solere eà intentione eos recipere, ut si principalis bonis lapsus, debitum à fidejussore petere possint, §. 1. *instit. de fidejuss. Cujac. lib. 19. obs. 29.* ideoq; Imperator constituit, antè cessionem eos excutiendos, §. ult. *instit. d. replic. v. Brun. qu. 8. princ. Hering. d. fidejuss. c. 27. part. 4. n. 192. p. 633. v. Limitat. Emanuel. Suarez in comm. opion. lit. f. n. 148. & Coler. de process. lib. 1. c. 10. n. 378.* & hæc sunt requisita antecedentia.

TH. LII.

Concomitantia verò sunt Ritus usitati, qui in ipsa cessione bonorum adhibentur, & varii sunt: apud Rom. certus his cedentibus in theatro constitutus locus, vid. *Val. Max. lib. 6. c. 9. n. 12. Alex. ab Alexand. lib. 6. Genial. dier. c. 10. Cic. 2. Att. 13. Epist. in fine,* hic postea mos à Theodosio immutatus, *l. 4. Qui bonis cedere possunt.* & posterioribus ll. nihil planè in ipsa cessione bonorum requiritur, ea enim tam in judicio, quàm extra judicium etiam nudâ voluntatis declaratione fieri potest, *l. 9. C. n. tit.* Non videtur tamen absolum, quod statutis nonnullorum locorum certi inventi ritus ad iniquorum debitorum impudentiam coercendam, *Alciat. parerg. 47.* ita testatur *Stobæus. c. 42.* apud Boëtos cedentibus sportam impositam fuisse, Tyrenis usitatum erat, ut obæratum hunc vacuum gerentem marsupium pueri magnis clamoribus per civitatem sequerentur, *Heraclit. in Rep. Tyren. & ex eo Tholosan. lib. 22. syntag. jur. c. 11. n. 8.* Ludov. XII. Rex Gallia constituit, ut miseri hi debitores discincti apertoq; capite cogantur

tur

tur in iudicio cedere v. *Forner, lib. 2. select. 27. p. 250. P. Greg. d. c. 11. n. 4.* In insula Meleta debitor habens pectinem, terræq; insidens, se pectinat, & cedo bonis clamat *Brun, qu. 6. princ. n. 2.* Nonnullis Italiae locis, nudatis natibus, ac ter lapidi applicitis, clamat, cedo bonis, *Angel, in l. 9. ff. n. tit. Romæ loco lapidis leo est, Roder. Suarez in l. 2. foro leg. lib. 3. tit. de cess. bon. in princ. n. 15.* Pattavii pulsata campana imponitur lapidi vituperii dicto, ac depositis sarabulis indicat se bonis cedere *Salicet. in l. 4. C. n. tit. quod in Svevia servari testatur Zaf. in Rubr. de cess. bon. Lucensis consuetudo est, ut vestes crocei coloris gerant, Brun. d. qu. n. 7. vid. Thes. decis. 36. n. 6. in fin. Hillig. in D. E. lib. 27. c. 9. lit. H. A. Heig. part. 1. qu. 35. n. 34.*

TH. LIII.

Et hæc ita se habent, cum cessio caret dubio, si verò movetur circa eam lis, iudicis requiritur cognitio, & interdum litis contestatio, de jure novissimo, de jure veteri Prætoris hæc erat cognitio v. *Brun, qu. 15. prim. n. 4. Gypban. de ord. judic. lib. 1. c. 27. p. 216. Bach. d. disp. 24. th. 4. lit. E.*

TH. LIV.

Priusquam ad sequentia cessionem digressionem facimus, de tempore, quo cedere licet, aliquid addendum. Et sciendum, nihil referre, utrum diebus feriatis, annon feriatis fiat, opus enim misericordiae, & absolutio, feriatis quoq; diebus exerceri potest, *Menoch, lib. 1. caus. arbitr. 30. n. 4. Zang. in tr. de except. c. 7. n. 10. vid. Iason, in l. 1. §. 2. ff. d. oper. nor. nunciat. Nec prohibetur debitor cedere etiam post sententiam l. 3. ff. tit. n. l. 4. C. eod. Gypb. d. c. 27. p. 220. etiam post interpositam appellationem, Brun. qu. ult. princ. licet quoque debitori post primam factam cessionem iterum cedere, Ceval. lib. 2. conf. 193. Hering. de fidejuss. cap. 5. n. 128.*

TH. LV.

Confero me jam ad sequentia cessionum, quarum 1. est Præstatio cautionis, si ad pinguiorem pervenerit fortunam, se soluturum arg. l. 4. C. d. prec. imper. offerendis l. 7. §. Interdum ff. solut. matrim. l. 21. ff. de judic. cap. Odoardus extr. de solution. hæc q;

Interpretum communis sententia est *Barb. in d. l. 7. n. 28. § 36. Fleig. qu. 35. n. ult. P. Greg. lib. 22. c. 11. n. 14.* Et si fidejussores invenire nequit, ad juratoriam, vel etiam nudam admittitur promissionem *arg. l. 36. §. 4. ff. pro soc. l. 47. §. 2. ff. de pecul. P. Fab. in l. 28. de reg. jur. lit. S. p. 165. Hartm. Hartman. obs. 2. tit. 18. n. 2. Brun. qu. 7. princ. juramenti formulam in Camera usitatam habet F. Husan. de prop. hom. qu. 6. princ. n. 33. p. 248. fidejussores verò si dati fuerint, tantum in eventum (si scil. principalis ad pinguiorem perveniens fortunam nollet solvere) promittunt, ut notat *Bach. d. disp. 24. th. 4. lit. G.* ubi quoque *Treut. & alios* deridet, verum immeritò ut apparet ex *Hering. de fidejuss. c. 5. n. 96.**

TH. LVI.

2. Curatoris constitutio. Prohibentur enim *in l. 4. C. tit. l. creditores propria autoritate bona cessa occupare Daniel. Venator. in C. de cess. bon. n. 1. nisi vel pacto arg. l. 3. C. de ping. vel statuto contrarium placuerit. Negus. in t. de pign. part. 4. princ. n. 8. alias bona vel sequestranda, vel iis curator præficiendus l. 5. ff. de curat. bon. D. Gödd. ad l. 57. n. 2. ff. d. v. §. qui tamen ad suscipiendum Curatoris officium non cogitur l. 2. §. 3. ff. d. tit. & latam tantummodò præstat culpam l. 8. §. 3. l. 9. §. 5. ff. de bon. autor. jud. poss. ac eò differt ab alio curatore, qui levem præstat culpam l. 20. C. de negot. gloss. M. Del-Rio ad l. 23. c. 12. ff. de reg. jur. P. Fab. in l. contractus ff. eod. p. 140. alias differentias habet *Brun. q. 18. princ. n. 15.**

TH. LVII.

Curator verò ille datus 1. Inventarium conficiat, vel in eius defectu iudex, *Brun. d. qu. 18. n. 26.* 2. Bona vendat *l. ult. ff. de bon. autor. jud. poss.* Et 3. pretium è bonis venditis redactum inter creditores dividat, habità ratione prioritatis, quæ cessione non tollitur vid. *Cujac. in t. C. d. cess. honor. n. 9. P. vender. in tr. d. priv. cred. Consultationes Saxonie tom. 1. part. 3. qu. 7. Gyphan. de ord. jud. lib. 1. c. 27. p. 224. I. Revard. Tom. 1. comm. ad divers. reg. jur. 148. n. 3. p. 405. Donell. lib. 13. comm. 23. § lib. 33. c. 17. Ant. Fab. 1. juris prud. princ. 3. & hæc de forma & requisitis dicta sint: explicandus nunc finis.*

Th. 58.

TH. LIIIX.

Finis est liberatio à carceribus & additionibus, de quarum origine hic aliquid addendum. Post Reges expulsos constat decemviros ad formam Reip. constituendam creatos esse, qui ad Græcos profecti, decem attulerunt tabulas, quibus postea duæ aliæ additæ sunt, quod postea jus duodecim tabularum dictum, §. 10. *instit. de jur. gent. N. & C. Halicarnas. de Antiquit. Rom. lib. 10. §. 13. p. 136. Liv. decad. 1. lib. 3.* inter alias verò leges ea quoque, quæ de debitoribus ob æratis agit, comprehendebatur, cuius vi creditoribus licebat in servitutem debitores adigere, vel si plures aderant in partes secare, *v. l. 33. & 34. ibiq. Pac. & Cujac. Oldens. Rubr. 8. Revard. tom. 1. oper. ad l. XII. tab. c. 8. p. 43.* quam legem Græcorum fuisse negat *H. Magon. lib. 1. Miscell. 8. v. Alexand. Genial. dier. lib. 6. c. 10.* de hujus legis vigore conqueritur Favorinus apud *Gell. lib. 20. Attic. noct. c. 1. p. 634.* quæ etiam multarum seditionum causa extitit *Liv. decad. 1. lib. 6. Halicar. lib. 5. de antiq. Rom. n. 8. p. 439. Florus lib. 1. c. 23. & passim.* Unde postea L. Petilia (sub C. Petilio ac L. Papirio Coss. lata) lex XII. tabul. abolita, ita ut tantum bona, debitoris creditoribus obnoxia essent *Liv. decad. 1. lib. 8. Covar. variar. resol. lib. 2. c. 1. p. 48.* Sed si bona non sufficerent, post Petilium consulem quoque debitores in vincula coniectos fuisse putat *Revard. d. c. 8. p. 50.* Sanè cum post Sullæ tempora, corpora addici, nectique debitores, non desineret, ut ex *Vaovn. de lat. ling. lib. 6.* nova requirebatur constitutio, quæ etiam promulgata à successore C. Jul. Cæs. de qua *L. 4. C. qui bon. ced. poss.*

TH. LIX.

Effectus sunt 1. liberare à carceribus, scil. publ. non privatis, qui legibus prohibiti *l. 12. & Auth. imò C. d. O. & A. & tot. tit. C. de privat. carc. inhibet.* de quo effectu satis dictum.

TH. LX.

2. Parere exceptionem debitori. Cessione enim obligatio tam naturalis, quam civilis non extinguitur, sed solummodo ea exceptionem debitori præbet, ne vel non conveniatur prius, quam ad pinguiorem pervenerit fortunam, vel non ultra quam facere potest,

potest, arg. l. 98. §. 8. ff. de solut. §. ult. instit. de replic. l. 4. ff. n. tit. l. 1. C. eod. & ne quidem extinguatur ubi infamem sustinuit cessionem, Covar. variar. resol. lib. 2. c. 1. n. 6. Diff. Guido Papai. Delphin. qu. 343. v. dubitantem Menoch. 2. arbitr. caus. 183. & Iacob. Buda. decis. 251. lib. 1. n. 4. quæ exceptio dilatoria, cum non ipsam actionem perimat, quæ natura est actionum peremptoriarum §. 9. instit. d. act. Zang. d. except. part. 2. c. 15. n. 5. & 14. antè litis contestationem opponenda est, arg. l. 19. C. de probat. Bart. in 18. n. 3. de jurisdict. sed si de eius veritate ex actis iudici constare non potest, post litis contestationem reservantur v. Zang. part. 2. c. 22. n. 16. & Bart. in l. penult. ff. tit. n. Brun. qu. 16. princ. n. 2. Menoch. lib. 2. arbitr. caus. 19. cent. 1. Wesenb. w. ff. de exception. n. 10.

TH. LXI.

3. Tribuere beneficium competentia post cessionem enim ultra quàm facere potest nunquam condemnandus l. 4. ff. h. t. l. 3. C. de bon. autor. jud. poss. etiam Usurarius cum P. Gregor. lib. 3. de usur. c. 6. v. Brun. qu. 18. quart. princ. n. 3. alimenta igitur iis relinquenda, in quibus decernendis ratio dignitatis haberi debet, arg. l. 4. §. 1. ff. de vent. in poss. mittend. Alia enim alimenta nobili, alia rustico debentur, Tiraquell. de nobil. c. 2. n. 142. v. Iason in l. 76. de v. obl. Barb. in l. 13. n. 7. ff. solut. matrim. Hillig. in D. E. lib. 27. c. 9. lit. f. f. aliàs modicum debitori relinquendum, quod modicum ex quantitate æstimadū, l. 6. ff. n. t. l. 92. de leg. 1. unde ad domum magni pretii, exigui tamen redditus, vendendam cogi potest, Bacc. in tr. de debit. inop. n. 75. eumq. allegans Menoch. lib. 2. cent. 2. arbitr. caus. 183. n. 24. Item si rem teneat, quæ quidem exigui sit precij, ob affectionem tamen singularem magni æstimetur à debitore, si aliquis se offerat emptor. vendenda P. Barb. in d. l. 13. n. 16. Brun. qu. 29. non tamen juvatur hoc beneficio debitor contra creditorem, cum quo post cessionem contraxit, arg. l. 3. de bon. autor. jud. poss. P. Greg. lib. 22. syn. jur. c. 8. n. 8.

TH. LXII.

4. Conservare famam l. 11. C. ex quib. caus. infamia irrogatur Venditione enim bonorum infamis fiebat debitor Margard. Friber. lib. 3. de infam. c. 20. n. 13. Forner. lib. 2. select. c. 27. pag. 250. quam

quam infamiam cessione bonorum effugit, nisi ignominiosè
cesserit, v. ff. *Contium lib. 2. subcis. disp. c. 18. Thes. decis. 36. n. 4.*
Diss. Brun. qu. 6. princ. n. 4. quod de infamiâ juris accipiendum,
facti enim infamiam (ita enim loqui cum leg. lubet) sustinet ex
Novell. 135. vid. P. Greg. lib. 12. c. 1. n. 8. Cujac. add. Novell. 135.
Anton. Faber i jurispru. 6. princ. 4. Bach. ad Tr. d. disp. 24. th. 4.
lit. A. Hillig. in D. E. lib. 18. c. 7. lit. M.

TH. LXIII.

Igitur portæ dignitatum ipsi non patent *l. 2. C. de dign. Pro-*
curator tamen esse potest, cuius officium magis onus, quam ho-
nos est, Panormit. de jur. calum. n. 9. in fin. Tiraq. de nobil. c. 30. jure
tamen Canonico & imperiali non admittitur, Gail. 1. obs. 43. n. 7.
Minsing. 4. obs. 32. p. 296. ordinatio Cameralis Caroli V. in comit. au-
gust. Anno 1548. part. 1. c. 18. apud Goldast. in ration. constit. imper. p.
257. Zang. de except. part. 2. c. 8. n. 98. 2. Testamentum fraternum
redditur inofficiosum, in quo præterito fratre talis instituitur l. 27.
C. d. inoffic. test. à testimonio verò ferendo eum non excludimus,
Bart. in l. 3. ex quib. caus. infam. irrogat. Farin. de test. qu. 56. Brun.
qu. 6. n. 4. Mej. in coll. argent. d. l. 42. tit. 3. th. 13. Bach. vol. 2. disp. 5.
th. 8. lit. B. diff. Menoch. 1. arbitr. caus. 27. n. 6.

TH. LXIV.

5. Actionibus competentibus cedentem privare, debitores
enim suos convenire nequit, *l. 17. in princ. ff. de recept. arbitr. sed*
ipsius creditoribus conceditur utiles exercere contra debitores,
actiones l. 2. in pr. ff. de curat. bon. dand. v. Gyphan. de ord. judic. c. 27.
part. 1. p. 221.

TH. LXV.

6. Dissolvere societatem, §. 8. *instit. de societ. l. 26. §. 1. ff. pro soc.*
v. Schneid. ad d. §. 8. n. 6. non verò sola sufficit decoctio, sed requi-
ritur, ut de cessione bonorū constet *Bened. Stracch. de decoct. part.*
2. n. 47. ac ita lex 4. ff. pro soc. accipienda v. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 27.
th. se. lit. C. si tamen de novo societatem coire velint, licet, valet n.
& ea societas, in qua alter solus operam confert, v. *Hillig. in D. E.*
lib. 16. c. 24. lit. F. & G. mandatum quoq; ceteri revocatum putat
Wesenb. ad d. §. 8. n. 2. lit. O. ex leg. 38. ff. de solut.

D

TH. LXVI.

TH. LXVI.

7. Et ultimò finire compromissum, inanis n. futura arbitri sententia in egentem lata, cum nec conveniri, nec agere possit, l. 17. ff. d. recept. arbitr. v. Donell. lib. 28. c. 10.

TH. LXVII.

Contraria præter ea de quibus superius speciatim diximus duo alia sunt, tollitur enim cessionis beneficium vel renunciatione, vel statuto, & primò renunciatione, quæ duplex: expressa, vel tacita, Expressa est cum debitor pacto promittit, se non usurum beneficio cessionis, quod pactum utrum valeat, hic controvertitur, nobis affirmantium placuit opinio, quæ est Covar. variar. resolut. lib. 2. c. 1. n. 7. Item in cap. Quamvis de pact. in 6. part. 2. prælect. in init. n. 7. & aliorum ex antiquis, quos recenset P. Greg. lib. 22. syn. jur. c. 15. n. 1. A. Thes. decis. 36. n. 3. pag. 103. Mej. in coll. argent. lib. 43. tit. 3. th. 5. adducens P. Jacob. in pract. tit. d. cess. bon. Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. E. Hillig. in D. E. lib. 27. cap. 9. lit. Z. Diss. Bart. cons. 116. Brun. qu. 20. princ. Guido. Pap. decis. 211. Menoch. 2. arbitr. caus. 183. n. 18. quòd si iuramentum accesserit, tantò minus dubitandum Covar. in part. 2. select. in c. Quamvis. n. 4. v. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 25. th. 2. lit. B. Cöler. de process. execut. part. 1. c. 6. n. 80. Harpr. ad §. fin. de action. n. 11. Gypian. de ord. judic. d. c. 27. p. 214. Hænon. disp. 21. ad instit. th. 4. lit. D. Contraria tamen sententia in Camera recepta, teste Gail. de pac. publ. c. 2. n. 22.

TH. LXIIX.

Tacita renunciatio fit, cum ad carcerem debitor se obligat, hæc enim valere obligationem defendunt Cöler. d. process. execut. c. 3. lib. 3. n. 13. 62. Minsing. 6. obs. 51. n. 4. Henning. Gödd. lib. 9. cons. 2. n. 59. v. Barb. l. 15. n. 42. ff. solut. matrim. & Novell. Elect. August. part. 2. c. 21. Moll. lib. 2. semestr. 35. Cuius effectus hic præcipuus est, ut Magistratus possit creditorum petitis deferre & jubere eam luâ familiâ debitorem in morâ existentem in carcerem ducere, secundum Matth. Berlich. part. 2. conclus. 27. n. 7. quod juri scripto refragari videntur Hering. de fidejuss. c. 10. n. 172. Bach. in tract. de action. disp. 3. th. 38. pag. 115. Conabimur tamen.

tamen exercitii gratiã contrarium defendere, cum *Menoch. lib. 1. arbitrar. caus. 7. n. 11. Covar. variar. resolut. lib. 2. c. 8. n. 4.* Similia videntur hoc pacto obstagia Germ. die Leistunge. Verum publicis imperii decretis inter dicta, *Policey Ordnung zu Franckf. d. anno 1577. tit. 17. §. penult. Gail. 2. obs. 45. n. 6.*

TH. LXIX.

Ultimum contrariorum est, statutum beneficium cessionis tollens, quod statutum licitum, quicquid enim pacto fieri potest, hoc etiam statuto, *l. 28. l. C. de fidejuss. Everhard. in Top. l. à statut. ad pact. n. 1. p. 816.* quod ad hæredes extenditur, *l. 24. in princ. ff. de Scto. Trebell. vid. Consultat. Sax. part. 3. qu. 25. n. 9. Berlich. part. 2. concl. 28. n. 8.* etiam ad extraneos *Cöler. de process. execut. lib. 1. c. 3. n. 171. v. Tr. vol. 1. disp. 1. th. 10. lit. D.* Hispanorum ergò moribus nullum cessionis beneficium, test. *Casp. Covar. verò lib. 2. c. 1. n. 4.* limitatum tantum esse asserit, Galliarum consuetudinibus & Brabantiarum exteris non conceditur cedere bonis, ut ex *Renat. Chopin. dom. Franc. c. 12. refer. P. Greg. lib. 22. c. 9. n. 16.* Calicutinorum mos non longè differt à more Rom. antiq. *Thes. decis. 135. n. 2. p. 357. add. L. Patric. in itin. Judic. lib. 1. c. 9.* Prisci Judæi solebant liberos creditoribus in solutum dare, *2. Reg. 4. vid. Cæl. Rhodig. lib. 6. lect. antiq. c. 20.*

TH. LXX.

In terris Sax. cessionis beneficium sublatum, ibi enim vel debitor creditori addicitur, *An die Handt vnd Halsster gegeben/ verba sunt Landsrecht. lib. 3. art. 39. v. Weichbildt. art. 27. circa fin.* vel in carcerem publicum mittitur, *Novell. Elect. August. part. 2. constitut. 22. §. Vnd nach dem Wir.* quæ tamen Constitut. debitorem non suã culpã ad inopiam vergentem minimè excludit à cessionis beneficio, secundum, *Heig. qu. 35. par. 1. n. 48.* Nobis non licet hæc latius diducere, adiri possunt, *Fachsius lib. 1. different. 10. p. 40. Zobell. lib. 2. different. 30. n. 9. Cöler. de process. lib. 1. cap. 30. n. 162. c. 6. n. 140. Hus. de prop. homin. qu. 6. princ. n. 12. p. 237. Heig. part. 1. qu. 35. n. 52. Consult. Sax. part. 3. quest. 25. Treut. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. R. Schults in synops. instit. d. action. lib. b. & hoc de contrariis restant explicanda affinia.*

TH. LXXI.

Affiniorum 1. est remedium novarum tabellarum, à Græcis primum introductum, & à tribunis in usu revocatum cuius beneficio negotiis publicis præpositis æs alienum remittebatur, *Cic. Att. Epist. 22. Cæl. Rhodig. lib. 12. lect. antiq. c. 20.*

TH. LXXII.

2. Ejuratio bonæ copiæ, autore Popilio test. *Varr. lib. 6. d. lat. lin.* quinam verò huius beneficii effectus fuerit non convenit inter Doctores, nos tædet in re obsoletâ longius immorari v. *Cic. lib. 9. Epist. ad Pæd. Gyphan. d. O. I. cap. 27. Schard. in lex. jur. pag. 786.*

TH. LXXIII.

3. Æstimationis beneficium à Jul. Imper. inventum cuius ipse meminit in *lib. 3. comm. de bel. G. in princ. & Suet. in int. C. Jul. n. 42. p. 17.* 4. Beneficium quoddam cuius mentionem facit, *Cujac. in w. ff. de cess. bon. in fin.* in quo de bonis senatorum distrahendis per curatorem agebatur. 5. Datio in solutum de cuius requisitis v. *Novell. 4. ibiq; Cujac. & Rittersh. Brun. qu. 34. princ. Mej. lib. 43. tit. 3. th. 2. §. 2.* 6. Pactum inter creditorem & debitorem de parte debiti remittenda, *l. 7. §. ult. l. 8. 9. & 10. ff. d. Pactis.*

TH. LXXIV.

Ultimum affiniorum moratoriæ sunt literæ, quæ causa cognita debitoribus ab Imper. conceduntur, vid *l. 2. & 4. C. d. precib. imper. offer.* qui plura de iis scire avet, adeat *Cujac. 2. obs. 10. Menoch. lib. 2. cent. 3. arbitr. caus. 203. n. 14. Anton. Fab. lib. 1. f. tit. 9. p. 76. Guid. Pap. decis. 92. Cöler. de process. part. 1. cap. 9. n. 33. c. 10. n. 254. lib. 3. c. 6. n. 17. Moll. quart. semestr. pag. 400. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 101. p. 57. c. 27. part. 5. n. 76. Gail. 2. obs. 46. n. 4. Wechn. in pract. obs. v. Anstands Brieffe. p. 25. Ant. Thes. decis. p. 440. Hillig. in D. E. lib. 22. c. 9. lit. E. Bach. d. disp. 24. th. 4. lit. E.*

Hicq; finis nostræ disputationis esto. DEO Ter Opt. Max. sit gloria in secula seculorum,

AMEN.

Ne



Ne vacuum aliquod remaneret spatium, placuit hæc sequentia ad nostram Disputationem annectere. quorum I. sit Quæstio

Quosnam bonæ fidei possessor fructus faciat suos. Et in hac satis intricata questione ita respondendum ducimus, bonæ fidei possessorem (malæ enim fidei omnes extantes restituit perceptorum & percipiendorum præstationem, l. 22. C. d. R. V.) omnes fructus naturales, industriales ac civiles suos facere in l. 48. ff. d. acq. rer. dom. Nisi extantes sint, quos cum fundo restituit l. 28. § 7. d. R. V. Consumptionem enim fructuum requirimus §. si quis à non Domino institut. de rer. divis. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 72. C. d. tit. Nihil verò refert utrum locupletior factus fuerit, an non, nisi in iudicio universalicondemnatus sit, l. 1. C. d. pet. hered. post litis contestationem aliàs vel si supervenerit scientia rei aliæ omnes restituit, l. 28. §. 7. ff. d. rei vind.

II. Peracto iudicio merè persecutorio pœnale mixtum super est, l. 34. §. 2. de obl. & act.

III. In emptione & venditione & similibus va-
sua requiritur traditio possessionis.

D 3

IV. Ti-

Græ-
uius,
atur,

d. lat.
it in-
o. Cic.
e. jur.

s ipse
7. Jul.
facit,
m di-
um de
u. 34.
orem
& 10.

causa
C. d.
2. obl.
lib. 1.
ap. 9.
400.
bf. 46.
decif.
lit. E.
ax.

Ne




IV. *Titulus pro heredem in praescriptionibus habili-
bilis.*

V. *Ad testamentum infirmandum & hodie o-
pus est querela inofficiosi testamenti.*

VI. *Judex feudorum Regalium solus est Im-
per. absq; paribus curiae.*

VII. *Concurrentem cum Camera jurisdict. ha-
bet Imper. & Senatus aulicus.*

VIII. *Jus altius tollendi saepius species servitu-
tis est.*



Nobilissimo ac Praestantissimo,

DN. RABANO à Cannstein

amico & commensali suo honorando

**DE BENEFICIO CESSIONIS
BONORUM,**

Publicè disputanti.

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu, sapiens ut bene *Flaccus* ait,
Sic studiis imbuta probè est *Perchare Rabane*
Mens tua, si pergis, mens bona testa manet.
Quod pergas docet hæc *Cannstein* tua vera *Bonorum*
Cessio, quæ multis commoda multa tulit.
Strenuus es lector Juris, multumque disertus
In studio Juris, hocce cathedra probat.

Multa

Multa latere solent veluti sub stipite quercus;
Sic hic multa viri, quæ bonitate valent.
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Si perges studiis addere plura tuis.
Et postquam in magno populo per-magna coorta est
Seditio, ac animis vulgus inane furit:
Tunc facit ut fileant, arrectisq; auribus astent,
Pectora consiliis qui fovet atque regit.
Es bene tu clarus claris natalibus, atque
Clarus Apollineâ mente placere studes.
Perge placere bonis, nec non differere doctè, ^{* tibi}
Sis decus ipse tuis sis decus omne tuis.
Hoc decus Aonidum fidis accedit amicis,
Probra sed osores quæ meruere manent.

*Honoris & amoris
ergò scribebat*

ALBERTUS JON Æ Junior
Regiomontanus Prussus
LL. Stud.

FINIS.

Wittenberg, Diss., 1634-39

ULB Halle 3
005 151 511




TA → OL

VDA7







DISPUTATIO JURIDICA
De
BENEFICIO
CESSIONIS
BONORUM

Quam
Auxiliante supremo Numine
Permissu Magnifici & Amplissimi Jctorum ordinis
Ininclita Academia Wittebergensi

SUB PRÆSIDIO RECTORIS MAGNIFICI

Viri Consultissimi, Clarissimi, & Excellentissimi

DN. HENNINGI Grossen/

J. U. D. Curia Electoralis, nec non judicii in inferiori Lusatia Assessoris, & Sereniss. Viduae Elect. Saxon. in Lichtenburg Consilarii, Dn. Praeceptoris & Promotoris sui devoto honoris cultu atatem colendi.

Ventilandam proponit

RABANUS à Cannstein

Nob. Westph.

Habebitur in Auditorio Jctorum ad diem 23. Maii
horis consuetis

WITTEBERGÆ,

Typis JOBI WILHELMI FINCELII.

Anno M. DC. XXXVII.

